1624

Feria Quarta Pridie festi Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo

7/xii 1667

Jaworski Perkowicz Nbli Sielecki Donat.

Coram Officio et Actis præsentibus Castren Capitanealibus Præmisliens comparens personaliter Nblis Joannes Jaworski Perkowicz Nblis Joannis Perkowicz cum Nblis Anna Dobrzanska Consorte eius legitima procreatus filius Sanus mente et Corpore exns a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliens Jurisdictioni quoad actum modernum attinet, Secum Successoribus ac bonis suis gnalr omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et hæreditaria infrascripta videlicet totas et integras fortes quæ et quantæ sibi Recognoscenti per Nblem Iwan Sielecki Dziurdziewicz olim Nblis Macko Sielecki Dziurdz filium Coram Actis Officij præsens Jure perpetuæ et irrevocabilis Donationis Donatæ et resignatæ sunt in bonis villæ Sielec Terra et Districtu præsens Præmisliens consistens in præfatum vero Nblis Iwan Sielecki Dziurdziewicz tam post mortem memorati olim Nblis Macko Sielecki Dziurdz Parentis eius quam etiam post fata olim Nblis Iwani Sielecki Dziurdz Patrui eiusdem Iwan Sielecki Jure divino et naturali

Successione

Successione devoluta sunt, cum omni praemissorum bonorum Jure Domi-
nio proprietate haereditate titulo haereditario omnibusque et singu-
lis bonorum eorundem utilitatibus fructibus, proventibus, redditi-
bus commodis emolumentis obventionibus attinentijsque et
pertinentijs generaliter universis nihil ex praemissis Juris Dominij
proprietatis haereditatis ac cuiusvis competentiae et pro-
gativae pro se Recognoscente suisque successoribus aut quopiam
alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula
ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque
concernebant ac eidem serviebant, Jam ex nunc et de facto Nobili
Stephano Sieledzki Dziurdz eiusque posteris de[illegible]
scripsit, et perpetuo resignavit prout da[illegible]ibit et
perpetuo resignat, titulo puro mero irrevocabilisque Donatio-
nis resignavit perpetuo et in aevum irrevocabiliterque, In quae
quidem bona praesentibus per se Recognoscentem Donata et resigna-
ta idem Suprascriptus Recognoscens Nobilis Joannes Jaworski
Perkowicz praenominato Nobili Stephano Sieledzki Dziurdz
Donatario suo illiusque posteris, iam ex nunc et de facto coram
Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per Minialem quemcunque competentem
et Nobiles duos die quacunque voluerit Officiose acceptandam
Per ipsum Donatarium suum eiusque posteros haec, eadem bona praesentibus
Donata et resignata cum universis eorum utilitatibus et
usufructibus competentiaque et prerogativa quaevis tenendi haben-
di et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad
suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usus fructus li-
bere et effectualiter convertendi modo ac Jure haereditario De-
betque et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Joannes Ja-
worski Pyrkowicz prout se ac suos successores in et su-
per bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecu-
niarijs habitis et habendis Suprascripto Donatario suo

inscri

1626

inscribit et obligat praesentibus Ipsum et eius Successores in dictis bonis seu sortibus praesentibus Donatis et resignatis, et ratione eorundem omnium bonorum seu sortium praefatarum ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque Condicionis Status et Sexus cuiusvis exemptionis exoriunda per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quam libet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et Officio Rni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemneque cum posteris reddere nec non haec eadem bona seu sortes praefatas praesentibus per se Recognitas Donatas et resignatas ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia bona praesentibus Donata cuicunque personarum modo quovis factis et faciendis tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem praemissa bona per praesentes Donata et resignata importatis et importandis Lucris denique et per lucris Processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Rni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus Donatis modo quovis perductis et perducendis emundare et eliberare mundique et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum seu sortium praefatarum praesentibus Donatarum dum per Mnialem et Nobiles dictos Officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admittere datamque et admissa eadem possessione et usufructu praemissorum omnium praesentibus Donatorum quovismodo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere ipsumque Donatarium suum et ipsos Successores in praemissis omnibus praesentibus donatis et resignatis nullo modo inveniri Ita ut haec eadem bona seu sortes donatas praemissa omnia per praesentes resignatas cum universis eorum utilitatibus et usufructibus Competentiaque et Prerogativa quavis is id suprascriptus

Dona

1627

Donatarius suus suis cum posteris quiete et pacifice Inscri-
ptionis presentis Donatariae vigore tenere habere et possidere queat
illisque utifrui possit perpetuis et aeuiternis Temporibus irreuocabi-
literque idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali
Iuramento taxandis et edicendis per eundem Recognitentem siue eius
Successores praenominato Donatario suo siue illius Successoribus
ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendis pro-
quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iuramen-
to taxandis et edicendis modo praemisso ad soluendum succubitis
ac pro re aliqua Principali ex praemissis non completa complenda
Citatus exempto mratus Recognoscens Nobilis Ioannes Jaworski
Perkowicz siue eius posteri Ad instantiam suprascripti Nobilis
Stephani Sielecki eiusque posterorum, Ad Officium praesens Castren-
Capitaneale Praemisliensem extunc recessu suprascripto quoad respon-
dendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino
tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Damna
praetacta Terrestria simpliciter absque corporali Iuramento taxata luere,
Inscriptioni praesenti satisfacere et praescribantur reliqua ligamenta
ex prioribus Inscriptionibus iuxta formam Cancellariae 9/XII 1667

Feria Sexta in Crastino
Festi Immaculatae Conce-
ptionis Beatissimae Vir-
ginis Mariae Anno Domi-
ni Millesimo Sexcente-
simo Sexagesimo Septimo
Glinka Gzurowski Quietat
et Vnus Contem. Statuet.